eſt annis fabricando archam: irriſiones ⁊ forte multa difficilia ſuſtinens ab incredulis dum ānunciaret verbo ⁊ ope inundaturas ſuper omnem terram aquas diluuij. Deniqꝫ cum quingentorum eſſet annorū locutus eſt ei deus ¶ Geneſ. vj Fac tibi inquiens archam de lignis leuigatis: ⁊ eadem ſcriptura teſte ſex centorum erat annorum quando diluuij aque inundauerunt ¶ Geneſ. vij ¶ Quātos putas tanto tempore fluctus hominū ſuſtinuit ſi prophete ſuis quiſqꝫ tpibus per verbū domini preſciendo plagā quamlibet imminentem ſic oſtenderit. vt de vita quoqꝫ periclitarentur. vnde et dicit quidā illorū Formido ⁊ laqueus facta eſt nobis vaticinatio ⁊ contricio: cui incredibile videt̄ iuſtū illum multum offendiſſe fabricādo archam: ⁊ futurū prenunciando diluuiū per tot annos apud ſuperbos ⁊ gigantes illos in illo recenti ſeculo: ceruicoſo nimis atqꝫ luxurioſo. Igit̄ quomodo ſeruauit verbū patiētie dei: ⁊ ipſe deus ſiue verbū dei. ſeruauit illū ab illo ſeueritate iudicij miraculo magno ⁊ congruente eius fidei Sicut enim corruptionē fluctus quibus omnis caro corruperat viam ſuā mente euicit. et laudem iuſticie ſiue perfectionis habere meruit. ita ⁊ aquas diluuij vehementer inundantes per contemptibile lignum ſuperando: ſeculis omnibus innotuit.

¶ De perſeuerantia ꝓpoſiti dei: qꝛ ſicut in inicio creationis hominum: ita et poſt diluuium benedixit illis dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini ¶ Capitulum. xxxij.

Poſt illud iudicium verbū dei ſuos in mūdo precones notos ⁊ inſignes habuit. imo vt haberet efficit quorū primus idem Noe cum filiis ſuis benedictionem eandem accepit quam dudum deus edixerat quando primos homines maſculū ⁊ feminam creauit. Sicut enim tunc illis benedixit deus ⁊ ait ¶ Geneſ. j ¶ Creſcite ⁊ multiplicamini et replete terram: ſic ⁊ poſt diluuium reſiduis iſtis eodem verbo benedixit. Sic deniqꝫ ſcriptum eſt Geneſ. viij ¶ Egredere inquit de archa tu ⁊ vxor tua filij tui et vxores filiorum tuorum tecum: cūctaqꝫ que ſunt apud te educ tecum ⁊ ingredimini ſuper terram: creſcite et multiplicamini ſuper eam. Ac deinceps ¶ Geneſ. viij ¶ Odoratuſqꝫ ē dominus odorem ſuauitatis ¶ Geneſ. ix Et benedixit noe ⁊ filiis eius: ⁊ dixit ad eos. Creſcite ⁊ multiplicamini et implete terrā: ⁊ ſic terror veſter ac tremor ſuper cuncta animalia terre. Deinde tercio Geneſ. ibidem ¶ Vos autem creſcite et multiplicamini ⁊ ingredimi ſuper terrā ⁊ implete eam. Trina verborū eorundē repetitio: magna eſt propoſiti dei confirmatio quod propoſuit in verbo ſuo ſciēs ⁊ preſciens atqꝫ predeſtinatos habēs omnes ſanctos atqꝫ electos ſuos quos naſci volebat ſibi de genere humano: quantis meritis creſcere quanto numero multiplicari haberent extunc vſqꝫ in finem ſeculi quanto ⁊ congregatis illis ad dexteram ſuam dicet ipſum verbum incarnatū ibe ſue chriſtus victor propoſiti ¶ Math. xxv ¶ Venite benedicti patris mei poſſidete regnum quod vobis paratum eſt a conſtitutione mundi.

## ¶ Incipit liber tercius

¶ De tribus filiis noe ſem cham ⁊ iaphet ¶ Capitulum primum

Nunc iā ſermo per compendiū currens videlicet obmiſſis miſteriorum ſiue allegoriarum longis itineribus magniſqꝫ circuitibus deuenit ad tabernacula ſem dicente patre noe ¶ Geneſ. ix. Dilatet deus iafeth ⁊ habitet i tabernaculis ſem. Porro tabernacula ſem adoptionem filiorū dei ⁊ gloriā et teſtamentū et legiſlatiōē ⁊ obſequiū et ꝓmiſſa intelligimus ꝙ oīa data ſūt ſemi abrahe ꝙ fuit de poſteritate ſem ¶ Gen. xj ¶ Sē quippe genuit arfaxat. arfaxat genuit ſale. ſale genuit heber. heber genuit phaleg. phaleg genuit reu. reu genuit ſaruth. ſaruth ge-

nuit nachor. nachor genuit thare. thare genuit abraham. Tabernacula ergo ſem beneficia dei ſunt iam dicta: que preſtitit deus ſemini eius abrahe venienti ex poſteritate ſem. ⁊ recte illa beneficia intelligimus per tabernacula: quia videlicet abraham ⁊ ceteri patres per quos vel cum quibus illa ſunt adminiſtrata: manentem hic non querentes ciuitatem: ⁊ illam expectantes cuius artifex ⁊ conditor eſt deus in tabernaculis habitabãt confitentes: quia peregrini ⁊ hoſpites ſunt ſuper terrã. Ad hec igitur tabernacula ſem ſermone deducto ingrediendũ eſt ⁊ reuerenter aſpiciendum qualiter verbum dei peregrinationem noſtram ſubiens: exinde militauerit contubernales non dedignans habere homines: per quos omnem maliciam noſtre ſalutis ordinaret: tamdiu cum illis cõmorans ⁊ per eorũ voces ſonans: donec ex ipſis quoq; carnem aſſumens bellator atq; princeps belli totius: ipſe ad publicũ contra ſerpentem antiquum procederet.

De confuſione linguarũ ⁊ natiuitate abrahe. Capitulum. ij.

## Diuiſe iam e-

rant inſule gentium in regionibus ſuis tam a filiis iafeth ⁊ filiis ſem quam et a filiis cham. Enumeratis quippe filiis iafeth: ſtatim ſubiunctum eſt Geneſ. x. Ab his diuiſe ſũt inſule gentiũ in regionibus ſuis vnuſquiſq; ſm linguã ⁊ familias in nationibus ſuiſ. Itẽ enumeratis filiis cham Gene. x. Hi filij cham inquit in nationibus ⁊ linguis ⁊ generationibus terriſq; et gẽtibus ſuis. Deinde enumeratiſ filiis ſem ſm cognationes ⁊ linguas et regioneſ in gentibus ſuis: ſtatimq; premittens Geneſ. x. He familie noe iuxta populos ⁊ natiões ſuas. Ab his inquit diuiſe ſunt gentes in terra poſt diluuium. Quã autem ob cauſam in linguas diſſonas eedẽ gentes diuiſe ſint continue ſcriptura narrat videlicet quia facere ciuitatem ⁊ turrim cuius culmen ad celũ pertingere volebant per nimiam ſuperbiam quam ibidem ſcriptura denotat nominando illos filioſ adam. ait enim Geneſ. xi. Deſcendit autem dominus vt videret ciuitatem ⁊ turrim quã edificabãt filij adam. Illic cum dicit filij adam procul dubio ſubintelligendum eſt ac ſi diceret. imitatores adam qui dei ſimilitudinem appetiuit. non per verbi dei obedientiam: ſed per mentis ſue ſuperbiã. Illa diuiſio ſiue confuſio linguarum accidit in diebus phaleg: qui ⁊ idcirco appellatus eſt phaleg: quia in diebus eius diuiſa eſt terra vt iam dictũ eſt. Anni fere centum nonaginta ſucceſſerunt poſt illam diuiſionem linguarum hominum ⁊ natus eſt abraham ad quem incarnationis ſue deſiderabilem fecit promiſſionem vnicum ⁊ indiuiſibile dei verbum. dicente deo ad illum Geneſ. xij. Egredere de terra tua ⁊ de cognatione tua et de domo patris tui: ⁊ veni in terram quam monſtrauero tibi: faciamq; te in gentem magnam ⁊ benedicam tibi: et magnificabo nomen tuum: eriſq; benedictus atq; in te benedicentur vniuerſe cognationeſ terre: ſiue vt alibi dixit Gene. xxij. Et benedicenſ in ſemine tuo omnes gentes terre.

Cur oportuerit ſiue vtile fuerit illarum fieri confuſionem linguarum ſcilicet propter abſcondendum indignis hominibus verbi dei: ſiue ſcripture poſtmodum condende ſacramentum. Capitulum. iij.

## Hinc illud di-

cere libet. quia ſicut apoſtulus ait Ro. viij. Omnia diligentibus deum cooperantur in bonũ: ſic ⁊ illa confuſio linguarum ⁊ ſanctis patribus ad quos factum eſt hoc verbũ: ⁊ ipſi deo dei verbo cooperata eſt in bonum. Oportebat enim pro tempore vt fieret occultum tale miſterium: neq; ſuper eo diſceptarẽt per publicum: quia dignus eo nõ erat mundus fere totus vbiq; laſciuiẽs ⁊ peculanſ nimiumq; ferox atq; ſuperbus: quippe quis recenter ſeueritate inundantis diluuij percuſſus: et vſq; ad paruas reliquias vna ſtrage conſumptus. Oportebat inquam interim manere occultum talem: tante

promiſſionis theſaurum. Primo ne peregrini illi quibus hoc bonū erat creditū iam tunc inuidiam intolerabilē paterent. Deinde ne diuine vocationis ⁊ ſuperne ſpei margarita ante porcos miſſa conculcaretur ¶ Math.vij ¶ Sic erat verbo dei pro ſanctis patribus ab hominu impiorum vel ſecularium inuidia cauenduꝫ quomodo cauetur pro radice nouella dū adhuc vnicū vix virgultuꝫ protulit. vnde bonū ſperas vel deſideras fructuꝫ. Sicut enim extirpatio radicis ſpem fructus percipiendi precidit. Ita patribus ſi in tempeſtiua fuiſſet a ſerpentibuſ illata iniuria mortis facultatem prepediſſet implende promiſſionis. Idcirco verbum ipſum future carnis ſue patres cuſtodiuit. teſtante pſalmo cum dicit ¶ Pſal.ciiij ¶ Nō reliquit hominem nocere eis: ⁊ corripuit ꝓ eis reges. Nolite tangere chriſtos meos ⁊ in prophetiſ meis nolite malignari. Et quid ad cautelaꝫ iſtam tam ydoneum ꝙ premiſſa confuſio linguarum. Et quideꝫ expedierat ⁊ vtile fuerat ꝙ vbi deus confudit linguas turrim illam edificantium: non audiuit vnuſquiſqꝫ vocē proximi ſui ⁊ edificare ceſſauerunt. ſed magis expediuit vtiliuſqꝫ fuit ꝙ gentibus ignorantibus pre confuſione linguarū ſancta ſcriptura turris vera ⁊ vere pertingens vſqꝫ ad altitudinem celi conſtruenda erat: ſacramenta ꝯtinens iam dicte promiſſiōis

¶ Qꝫ non ſolum in vna gente per confuſionem linguarum ſcripturam ſanctaꝫ abſcondi: veꝝ etiam in eadem gente ſiue lingua figuris ⁊ enigmatibus oportuerit inuolui ſacramenta dei: ⁊ quibus temporibus trium linguarum hebraice grece ⁊ latine litere reperte ſint.

¶ Capitulum.iiij.

Nunquid vero ⁊ in ſola multitudine ſeminis abrahe yſaac ⁊ iacob que videlicet multitudo duodecim tribuū gens vna vel populus vnus extitit defuſi erāt homines eiuſmodi: homīes indigni eque vt gentiles vel incircumciſi quibus manifeſte deberet oſtendi ſacramentum verbi dei. Non vtiqꝫ defuturi erant imo futurū erat vt in illa gente carnalium multitudo ſua inſipientia paucorum ſpiritualium fatigaret ſapientiaꝫ. futurum hoc non ignorabat deus ipſe dei verbuꝫ: dum ſicut ad ſalutem noſtram neceſſarium erat: ſuum per ſcripturam legis ⁊ prophetarū vellet hominibus preſignare conſilium. Recte igitur non ſolū in vna lingua que ceteris erat ignota gētibus dicta vel decreta ſua ſic temperauit. ita ſimilitudinibus vel figuris obūbrauit miſticiſ vt vix pauci vix ſoli ſpirituales percipe poſſent quale haberet conſilium: quali ordine recuperare intenderet ⁊ ſalutem mundi. propter hoc primum litere reperte ſunt vt videlicet in eis ⁊ per eas et ſignificaretur: ⁊ vſqꝫ ad tempus clauderetur atqꝫ ſignaret verbi dei miſterium venturi ad expugnandum generis humani inimicum per aſſumpte carnis ⁊ paſſionis ſue ſacramentū. Primarum id eſt hebraicarum iſta reperiendarum erat: ⁊ fuit cauſa literaruꝫ. primo nanqꝫ litere hebraice per moyſen reperte ⁊ hebreiſ tradite ſunt. Secundo grece ꝗs grecis cathinus tradidit quo tēpore dux othoniel filiis iſrahel ꝑerat. Tercio loco trium linguarum principalium iunior latina lingua literas habere cepit quas carmentis reperit quo tempore populum iſrahel iudicabat iair. Et ille quidem iuniores grece ⁊ latine litere ob hūanas res ſignificandas reperte quandoqꝫ ad diuinas res ſignificandas gratia dei ſunt admiſſe. Prime autem id eſt hebraice ad ſignificandas res diuinas reperte vel tradite ſunt. Nūc vero ad ordinē redeamus

¶ De inuidia ſerpentis quam propter verbum promiſſionis contra abrahaꝫ yſaac ⁊ iacob magnam quideꝫ habuit. ſed eis nocere non preualuit.

¶ Capitulum.v.

Promiſſione beati ſeminis facta ad patres vt iam dictum eſt quomō ille ſerpens antiquus quippiā inde cognouit

imo quomodo non cognoſceret ipſe calli
dus ⁊ de regno ſuo. de regno mūdi huius
male ſollicitus. Circuibat enim terram ⁊
perambulabat eam tanq̄ fortis armatus
cuſtodiens atrium ſuū attendens: ne quid
forte contra ſuum principatum ſuboriret̄
ſm̄ illud q̄ audierat dicentem ſibi deum.
Geneſ. iij ¶ Inimicicias ponam inter te
⁊ mulierē et ſemen tuum ⁊ ſemen illius
Hinc etenim requiſitus eſt ſub eiſdē fere
temporibus a domino dicente. Unde ve
nis ſathan. ⁊ reſpondens ait ¶ Iob. j
Circuiui terram ⁊ perambulaui eam. et
dominus ad eum. Nunquid ait conſide=
raſti ſeruū meum iob q̄ non ſit ei ſimilis
in terra homo ſimplex ⁊ rectus ac timēs
deum ⁊ recedens a malo. Erat autē iob
de ſtirpe hus primogeniti nachor fratris
abrahe cuius videlicet hus ſcriptura libri
geneſeos hoc modo meminit ¶ Geneſ.
xxij ¶ His ita geſtis nunciatum eſt abra
ham q̄ melcha quoq; genuiſſet filios na
chor fratri ſuo hus primogenitum ⁊ hus
fratrē eius. De ſtirpe hus heliubuzites
dictus eſt qui ⁊ in libro numeri balaam
nominatur. Porro iam dictus iob in tra
huc qui fuit vt iam dictum eſt ex nachor
primogenitis. Dine quoq; filie iacob vt
philo perhibet extitit maritus. Iſtum cō
ſiderauerat ſathan circumeundo terram
⁊ perambulando eam q̄ eſſet homo ſim
plex ⁊ rectus ac timens deū et recedens
a malo. Quomodo ergo non etiam con
ſideraſſet abraham yſaac et iacob fidem
promiſſionis habentes: et propter illam
ſpem peregrinando de gente in gentem:
⁊ de regno ad populum alterū pertran=
ſeuntes. Plane cōſiderauit iſtos ⁊ ſciuit
eſſe ciues regni: regno ſuo contrarios: et
de ipſis ſemen mulieris percepit fore na
ſciturum ſuo ſemini contrarium: ſed quid
ageret. Quomodo bonam radicem illā
corrumperet. aut quorū per manus ho=
minum extirparet. Uerbum domini fre=
quenter illos viſitans: ⁊ intus fidē illorū
incorruptam cuſtodiebat: ⁊ foris pro eis
reges corripiebat: hominesq; eis nocere
non relinquebat. Et abrahā propter pul
critudinem ſare. ⁊ yſaac propter pulcritu
dinem rebecce: ⁊ iacob propter benedicti
onem quā ſurripuerat fratri ſuo mori ti=
muit. idemq; propter laban de meſopota
mia fugit. ſed vt iam dictum eſt verbum
domini nequāq̄ eis nocere permiſit ¶ ciiij
Nolite inquiens tangere xp̄os meos ⁊c̄
Ita contigit vt nunq̄ eis nocere preuale
ret inimicus: nullum ex eis ſiue in anima
ſiue in corpore ledere poſſet ille ſerpens
antiquus ⁊c̄.

¶ Q, per eandem inuidiā primos in io
ſeph aſſultus ſerpens dyabolus fecit. ſed
victus eſt a verbo dei per illum: quia elo
quium domini inflāmauit eum.

¶ Capitulum. vj.

# Uiuente tamē

patre iacob primos ſerpentis
dyaboli aſſultus ioſeph ſcius
excepit. ⁊ in illo accreſcente filio: aſpectu
q; decoro: pater pius nō nihil paſſus eſt.
quia patienti paterno corde vulnerato cō
paſſus eſt. In illum adoleſcentem totos
malicie ſue impetus ille inuidus intorſit.
Uerūtamen non eſt factum quod voluit
ad quod fratres ipſius per inuidiam con
citatos vt facerent animauit. ſed factum
eſt quod deus voluit ſiue dei verbum qd̄
cum illo ⁊ in illo fuit ſicut ſcriptum eſt
Pſal. ciiij ¶ Quia eloquium domini in
flamauit eū. Quid enim ſerpens ille fieri
voluit. Nimirū voluit illum occidi ⁊ ex
illa voluntate eiuſdem dyaboli homicide
ex illius inſpiratione vox illa proceſſit vt
videntes eum dicerent frēs ſui ¶ Geneſ
xxxvij ¶ Ecce ſomniator venit venite oc
cidamus eum: ⁊ mittamus in ciſternam
veterem. Quid aūt deus voluit. profecto
quia vocaturus erat famem ſuper terrā
⁊ omne firmamentū panis conterere ha
bebat voluit mittere ante eos virum hūc
⁊ potius in ſeruum venundari q̄ occidi
ioſeph: vt humiliarentur quidem in com
pedibus pedes eius ⁊ pertranſiret ferrū
animā eius: non tamen humiliaretur ſub
peccato anima eius: neq; ptranſiret ferrū
corpus eius: haberetq; patientiam donec
veniret verbū dei: donec inflāmaret eum
eloquiū dn̄i vt mitteret rex ⁊ ſolueret eū

princeps populoꝝ ⁊ dimitteret eum: conſtitueretqꝫ eum dominum domus ſue: et principem omnis poſſeſſionis ſue. Vicit ergo in illo iam tūc eloquium domini: qꝛ non eſt factum quod primū dixerunt ſm inſpirationē ſerpentis maligni ¶ Geneſ. xxxvij ¶ Venite occidamus eum: ſed factum eſt illud quod ſonuit vtriqꝫ eloquiū domini per vnum illoꝝ dicentem. Quid nobis prodeſt ſi occiderimus fratrē nr̄m: ⁊ celauerimus ſanguinem ipſius: melius eſt vt venundeť: ⁊ manus noſtre nō polluantur. caro enim ⁊ frater noſter eſt.

¶ De ioſeph ꝙ a promiſſione beati ſeminis perſecutionem paſſus eſt. ⁊ de eo ꝙ ſcriptum eſt. Vox in rama audita eſt rachel plorans filios ſuos.

¶ Capitulum. vij.

PRimos aſſultus ſerpentis illos idcirco dixerim: qꝛ videlicet a promiſſione beati ſeminis facta ad abraham qui perſecutionem pateretur. cuius ſanguis propter iuſticiam quereretur primus iſte fuit. Vnde animaduertere licet ſanctum et vere diuinū euangeliſtā in morte paruulorum innocentiū ſatis congrue: multumqꝫ ita dixiſſe. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per prophetam dicentē Ieremi. xxxj ¶ Vox in rama audita eſt ploratus ⁊ vlulatuſ multuſ rachel plorās filios ſuos ⁊ noluit conſolari: qꝛ non ſunt. Quid enim. nōne eiuſmodi ponens teſtimonium omnem filium qui pro cauſa occiditur illius beati ſeminiſ quod eſt xp̄us vult haberi tanꝙ ioſeph: ⁊ omnē matrē quecūqꝫ pro tali cauſa occiſum plorat filium: ſiue vna ſit mulier carnalis mater: ſiue ſit eccleſia ſpiritualis mater piis matribus in morte ipſorū condolens vt ſepe factū eſt vult haberi tanꝙ rachel. Et recte ac rationabiliter vniuſcuiuſqꝫ illorum innocentiū paruuloꝝ mater in tali cauſa vocať rachel. ſimiliť qꝫ tota eccleſia martirum chriſti mater: qꝛ videlicet illius cuius primi aīam ferrum pertranſiuit dicta eſt rachel. Hoc ſp̄uiſancto placuit in quo ⁊ ꝑpheta cecinit et euangeliſta intellexit qꝛ ſicut tūc pater iacob noluit ꝯſolari ⁊ ſicut mater rachel ſi aduiueret noluiſſet conſolari eo ꝙ non eſſet ioſeph: ⁊ tamen erat. ⁊ non ſolum viuebat. verū etiam potens erat ⁊ proſpere agebat ioſeph. Ita eccleſia ſiue quecunqꝫ mr̄ fidelis plorat quidē pietatis affectu filium occiſū tanꝙ non ſit ſedule eſt: ⁊ non ſolum eſt. verū etiam melius ⁊ verius viuit. idcirco quia talem ob cauſam euenit ei ꝙ in hoc ſeculo non eſt. Proinde rachel ploranti filios ſuos ⁊ nolenti ꝯſolari ſuper eis: quia non ſunt ꝯtinuo hec dicit dominus ¶ Ierem. xxxj Quieſcat vox tua a ploratu: ⁊ oculi tui a lacrimis: quia eſt merces opi tuo. ait dominus. Et reuertentur a terra inimici tui ⁊ eſt ſpes nouiſſimis tuis: et reuertentur filij ad terminos ſuoſ. Firmiter hoc tenet catholica fides: qꝛ filij reuertentur ad terminos ſuos qui pij martireſ ſiue illi innocentes quo plorabantur eo ꝙ non eſſent ⁊ nullā carnis memoriam ſeculo reliquiſſent. reſurgēt ⁊ apparebūt in regno criſti regno ſuo ſm ſimilitudinem illius ioſeph qui cum putareť a fera deuoratus vixit. ⁊ viuens atqꝫ potens inuentus eſt.

¶ Q. non vno modo tantū: ſed duobus antiquus ille ſerpens puerum ioſeph aggreſſus ſit.

¶ Capitulum. viij.

NOtandū interea ꝙ non vno modo tantum ſed duobus modiſ antiquus ille ſerpēs aggreſſus eſt ioſeph. Neqꝫ enī ſolūmodo per fraternā inuidiam conſurrexit vt eū corporaliter occideret. ſicut occiſus fuerat abel. neqꝫ ſolūmodo per feminaꝫ circumuenire voluit eum vt aīam eius occideret ſicut circumuenerat adam ſed per vtrūqꝫ ⁊ in vtroqꝫ conatus eius fruſtratus eſt. dixerunt namqꝫ fratres inuidentes ¶ Geneſ. xxxvij ¶ Venite occidamus eum: ⁊ factum non eſt. dixit domina mulier. Dormi mecum: ⁊ factū nō eſt. grandis pugna. grande ſpectaculum. Victus ille ſerpēs: quia verum infligere non potuit. falſum confinxit crimē. ꝓpter

quod ⁊ humiliauerũt in compedibus pe
des eius ⁊ ferrum pertranſiuit animam
eius. Sed nonne hec agendo. ſerpens ſu
per pectus ſuum gradiebatur: id eſt ſuaꝫ
inuentionem conculcabat: ſibimet contra
rius. Tali nanqꝫ via taliqꝫ proceſſu ꝓce
debat ad victoriam eloquium domini qđ
inflammauit eum: ⁊ ad hoc perducebat
vt prodeſſent illi ſompnia ſua verbo do-
mini conſonantia: vt ſcilicet vocata fame
ſuper terram conſurgeret ⁊ ſtaret mani-
pulus eius. Fratrumqꝫ manipuli circum
ſtantes adorarent manipulum eius. Iteꝫ
qꝫ vt ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle vndecim adora-
rent eum ſuper terram. Qꝫ fratres qui-
dem fecerunt: pater autem non aliter fe-
ciſſe legitur niſi ꝙ iurante illo de tranſſe
rendo corpore eius adorauit deum con-
uerſus ad lectuli caput qui videlicet paẽ
per ſolem figuratus fuerat ſicut ⁊ fratreſ
per ſtellas vndecim. Porro mater iam
obierat qui per lunam ſignata fuerat ſꝫ
profecto ſi adiuueret tunc tempis deum
in filio grataнter adoraret. Igiẽ in laude
ſapientie victricis que non eſt alia ꝙ̃ de-
us verbum dei veraciter eſt dictum: ⁊ ſe
pe dicendum: quia venditum iuſtum nõ
dereliquit eum donec afferret illi ſceptrũ
regni ⁊ potentiam aduerſus eos qui euꝫ
deprimebant: ⁊ mẽdaces oſtendit qui ma
culauerunt illum.

¶ De eo ꝙ dixit iacob. Non auferetur
ſceptrum de iuda ⁊ dux de femore eius:
donec veniat qui mittendus eſt.

¶ Capitulum. ix

POſt hec inſig

p nia diuine virtutis: ecce iaꝫ ter
cio verbum promiſſionis ver
bum inuictum tale per os iacob patriar
che edidit oraculum ¶ Ge. xlix ¶ Catu-
lus leonis iuda ad predam fili mi aſcendi
ſti requieſcens accubuiſti vt leo ⁊ quaſi
leena. Quis ſuſcitabit eum. Non aufere
tur ſceptrum de iuda ⁊ dux de femore ei
us donec veniat qui mittendus eſt ⁊ ipſe
erit expectatio gentium. Tercium hoc fu
it beati ſeminis quod eſt chriſtus preco-
nium. Primum quippe fuerat illud ad

ſerpentem ¶ Ge. iij ¶ Inimicicias ponã
inter te ⁊c. Secundum illud ad abrahaꝫ.
¶ Ge. xxij ¶ In ſemine tuo benedicent
omnes gentes. Ac perinde tercium: hoc
eſt cuius veritas duo precedẽtia perficit:
⁊ complet. Nam ſi chriſtus ymo qꝛ chri-
ſtuſ de tribu iuda eſt: ergo ſemen abrahe
eſt. ⁊ dum ad predam aſcenſurus precini
tur: verum eſſe confirmatur id quod ini-
micicias inter ſemen ſerpẽtis ⁊ ſemẽ mu
lieris poſiturum ſe predixerat deus. Ita
qꝫ domus quidem iacob in qua verbum
promiſſionis repoſitũ fuerat: maligni ſer
pentis inſtinctu concuſſa: ⁊ ſcelere in fra
treꝫ admiſſo contaminata eſt ⁊ ioſeph la
borauit vſqꝫ ad vincula ſed ipſum verbũ
neqꝫ concuſſum: neqꝫ alligatũ extitit: quĩ
ymo ꝙ ſemel ⁊ certum predixerat deus:
idipſum tercio repetens: ⁊ clarius edicẽs
per os patriarche in egipto peregrinan-
tis: ⁊ in ipſa peregrinatione morientis cõ
firmauit. Hoc ꝙ ipa quoqꝫ aduentus ei
us certo ſigno preſignauit ¶ Ge. xlix.
Non auferet inquit ſceptrum de iuda ⁊c
Hoc nanqꝫ ſigno: quia non ſolum rex: ve
rum etiam dux auferendus erat ⁊ abla-
tus eſt de iuda id eſt de gente iudaica tẽ
poribus romani imperij quando rex dan
dus erat: ⁊ datus eſt herodes alienigena
videlicet patre ydumeo ⁊ mr̃e natus ara
bica. Hoc inꝙ̃ ⁊ ſi non alio ſigno cogno
ſcendum ⁊ cognitum eſt tempus aduen
tus eius taliter vt nunc paret: quomodo
non ſolum regem ⁊ ducem ſed locum ꝑ
diderunt ⁊ gentem.

¶ De inuidia diaboli contra verbum ꝓ
miſſionis ſcđm magnum illud ſignum in
Apoca. mulieris parturientis ⁊ draconis
ante illam ſtātis.

¶ Capitulum. x.

QValiter dein

q de inimicicie ſepe dicte proceſ
ſerint qua voce qualibus cona
bimur verbis conſequi. Quali ſigno vel
claſſico ſiue ſtudioſus excitabit accentuꝫ.
qꝫ faciet ſpectatorem certaminis admirã
di. Ecce Iohannes in apocalipſi Iheſu
chriſti dicit ¶ Apocalip. xij. ¶ Signum

magnum apparuit in celo mulier amicta ſole ⁊ luna ſub pedibus eius: ⁊ in capite eiuſ corona ſtellarum duodecim: ⁊ in vtero habens: ⁊ clamabat parturiens ⁊ cruciatur vt parturiat. Et viſum eſt aliud ſignum in celo: ⁊ ecce draco magnuſ ⁊ ruffus habens capita ſeptem ⁊ cornua decē ⁊ in capitibus ſuis ſeptem dyademata: ⁊ cauda eius trahebat terciam partem ſtellarum celi: ⁊ miſit eas in terram: ⁊ draco ſtetit ante mulierem que erat paritura: vt cum peperiſſet filium eius deuoraret. Signa hec magna ſunt ſuaqꝫ ſignificatione ⁊ ceptum dirigere ſermonem: ⁊ adtentū reddere valent auditoreꝫ. Signa hec mē tis oculos feriunt: excitantqꝫ ⁊ aperiunt ad cognoſcendam earum de quibus loq̄mur faciem rerum. Mulier quippe illa eccleſia eſt. Draco ille diabolus ē. Mulier illa tunc cepit in vtero habere: quādo fides patriarcharum de quibus nunc loquebamur promiſſioneꝫ habens chriſtū cepit expectare. Diabolus autem tūc cepit draco eſſe quando contra fidem vel ſpem illam ſeuire cepit aperta perſecutōe ſcilicet mortuo ioſeph ⁊ omnibus fratribus eius: quando rex nouus ſuper egiptum qui ignorabat ioſeph: ⁊ ait ad populum ſuum ¶ Exo. j ¶ Ecce populus filiorum iſrahel multus ⁊ fortior nobis ē venite ſapienter opprimamuſ eū ne forte multiplicetur ⁊c̄. Tunc inq̄ cepit draco eſſe ⁊ tanq̄ draco: non ſolūmodo fraudulenter decipere: verūetiam fortiter pugnare. Non ſolummodo decipere animas: verumetiam occidere corpora dicente illo r̄ge ¶ Exo. vt ſup̄ ¶ Quando obſtetricabitis hebreas: ⁊ tempus partus aduenerit: ſi maſculus fuerit interficite illum. Si femina reſeruate. Item ad populum ſuum ¶ Exo. vbi ſ̄ ¶ Quidquid ait maſculini ſexus natum fuerit in flumen proicite quidquid feminei reſeruate. Anteq̄ tale quid iuberetur aut fieret eis inſtinctu ſerpens erat: ⁊ ſerpens dici merebatur: quia decipiendo latenter ⁊ ſubdole mentibus illubebatur: extunc autem draco eſt magnus: draco ruffus: palam ſeuiens: aperte perſequens: magnus magnitudine regū ⁊ multitudine hominum impiorum interficientium ruffus ſanguine piorum morientium.

¶ De eadem muliere coronata duodecim ſtelliſ ⁊ in vtero habente quo tempore ceperit in vtero habere.

¶ Capitulum. xj.

Trumqꝫ ſignum ⁊ mulier illa ⁊ draco ille apparꝫ ⁊ videtur in celo: quia videlicꝫ ab his dumtaxat qui celeſtia meditantur: qui dicere poſſunt ¶ Philip. iij Noſtra autem conuerſatio in celiſ eſt ab his inq̄ videtur ſentiturqꝫ animo ⁊ i muliere quantus dolor ⁊ in dracone illo quātus ſit vel fuerit horror ¶ Apoca. xij. Mulier illa amicta erat ſole: quia dotata erat patriarcharum fides celeſti ꝓmiſſione: luna ſub pedibus eius: quia mutabilis ſeculi: temporalibus bonis ſic vtebantur ſancti patres: vt nō ipſa bona mē tibus eorum dominarentur per cupiditatem: ſed ipſi bonis illis per liberalem dominarentur diſpoſitionem. In capite mulieris corona ſtellarum. xij. qua in illo primitiue eccleſie initio filij iacob patreſ fuere. xij. tribuum. Iuxta illud ¶ Ge. xxxvij Fidele verumqꝫ ſomnium: videbamqꝫ ſolem ⁊ lunam ⁊ ſtellas. xj. adorare me. Sine dubio ſtella. xij. ipſe qui ſomnium viderat: ⁊ quidem ſ̄m ſua temporis illiuſ merita fratres vndecim non lucebant ſꝫ ſecundum futurorum ſpem ⁊ electionem que ex ipſis erat aſſumenda ſtelle lucide erant illi: ⁊ ſtelle lucide ſunt eiuſdem electionis princeps duodecim apoſtoli Apoca. xij ¶ Et in vtero habens inquid Quid habens ⁊ vnde habens. Habens vtiqꝫ ſemen in quo benedicerent omnes gentes ¶ Ge. xxij ⁊ hoc habenſ ex creatore deo rationalis creatura tanq̄ de proprio viro vxor legittima. Ex quo deus abrahe ſemen illud promiſit ⁊ eiuſdꝫ abrahe ceterorumqꝫ cuiuſqꝫ anima promiſſionis fidem ſuſcepit extunc eadē mulier in vtero habere id eſt pregnans eſſe cepit ¶ Apocali ſ̄ ¶ Et clamabat parturiens ⁊ cruciatur vt pariat. Mulieres q̄

corporeos partus ediderunt ⁊ pariendo
dolores illos experte ſunt bene ſentiũt ꝙ
veraciter veritas dicat ¶ Johan.xvj.
¶ Mulier cum parit triſticiã habet quia
venit hora eius ⁊c̃. Hic ꝓfecto quecunq̃
aĩa verbum dei vbũ deũ chriſtũ iheſũ fi
lium dei diligit ⁊ in chriſto pie volens vi
uere perſecutionem patitur: bene ſentit id
quod dicitur de muliere illa ¶ Apoca x̃.
quia clamabat parturiens ⁊ cruciatur vt
pariat. Nos cepta perſequentes victorie
verbi dei magna ⁊ preclara inſignia ĩ eo
maxime continemus ꝙ ſuperatiſ cunctis
draconis capitibus filius mulieris maſcu
lus raptus eſt ad deum: ⁊ ad thronum ei
us gentes omnes in virga ferrea recturus.

¶ De clamore eius: quando primum ce
perit clamare ⁊ cruciari vt pareret: ⁊ ꝙ r̃
gnum egipti fuerit primum caput draco
nis ante illam ſtantis.

¶ Capitulum.xij.

# Q VANDO ſicut

q Qiam dictum eſt ¶ Exo.j ¶ Sur
rexit rex nouus ſuper egiptũ
qui ignorabat ioſeph ⁊ populum filiorũ
iſrahel creſcentem affligere ceperit ⁊ ma
ſculoſ occidi vel in aqua necari iuſſit pro
hoc inuidens quia creſcebant ⁊ multipli
cabantur: tunc mulier illa in vtero habẽs
clamare cepit: quia videlicet tunc erige-
bat ſe primum caput draconiſ tam in illo
rege ꝙ in eo qui mortuo illo ſucceſſit
Exo.ij ¶ Tunc nanq̃ ingemiſcentes fi
iſrahel propter opera vociferati ſunt aſcẽ
ditq̃ clamor eorum ad dominum ꝑ ope
ribus ⁊ audiuit gemitum eorum. Et om
nes quidem vociferati ſunt: ſed non oẽs
vociferandi ſcientiam habuerunt: id ẽ nõ
omnes vociferando corporum pariter ⁊
animarum ſuarum liberatorẽ qui ad pa
tres ipſorum repromiſſus fuerat querere
vel deſiderare ſcierunt. Nam fere omnes
de corporum ſola ſalute ſolliciti curã vel
ſollicitudinẽ habere neſcierunt de anima
bus ſuis. Hinc animaduertendum ẽ mul
tum profuiſſe mulieri ꝙ primum caput
draconis contra ſe ſtare vidit: quia videli
cet illo periculo commonita ſe ĩ vtero ha
bere recognouit: ⁊ in partus ſui felicitate
ſperare didicit. Nam ſi tranquillitas tem
poris in egipto illi arriſiſſet male ſecura
iacuiſſet in medio fornicationum idola-
trie. De qualibus per prophetam para-
bolice dictum eſt ¶ Eze.xxij ¶ Fili hoĩs
due mulieres filie matris vnius fuerunt
⁊ fornicate ſunt in egipto in adoleſcentia
ſua fornicate ſunt ibi: ibi ſubacta ſunt ver
ba earum ⁊ fracte ſunt mamme puberta
tis earum. Bene igitur ꝙ ſaltem vexatõ
intellectum daret auditui: vt ꝗuis pauci:
tamen nonnulli ſuſpirarent ⁊ optarent iã
ſemen illud quod deus abrahe repmiſit.
Nam primus moiſes tunc ad dominum
dixit ¶ Exo.iiij ¶ Obſecro domine mit-
te quem miſſurus es. Sentiebat nanq̃ ni
hil per ſe vel per alium poſſe adperfectũ
adduci: niſi veniret ipſe qui mittendus e-
rat: de quo pater iacob ĩ benedictionibus
iude ¶ Ge:xlix ¶ Non auferetur inquit
ſceptrũ de iuda. ⁊ hoc vtiq̃ non ſine ma
gni deſiderij clamore dixit quippe qui et
alibi: etiã tacito ore clamaſſe legitur do-
mino dicente. Quid clamas ad me. Cla
mabat igitur mulier ingens que iam inci
piebat eſſe eccleſia quam ſignat mulier:
⁊ cruciabatur vt pareret nonnullis iã cũ
temporali liberatione corporum deſiderã
tibus aduenire promiſſum patribus libe
ratorem animarum pariter ⁊ corporum.

¶ De eo ꝙ moiſe dicente. Obſecro do-
mine mitte quem miſſurus es iratus do
minus in moiſen. Perge ait Aaron fra
ter tuus ¶ Exo.iiij.

¶ Capitulum.xiij.

# S ED iratus in

r quit dominus in moiſen. Per
ge aaron frater tuus egredietur
in occurſum tuum ⁊ ego oſtendam vo-
bis quid agere debeatis. In hoc ipſo do
minum ſibi iratum dixit ꝙ chriſtum ſuũ
diſtulit ⁊ non ſtatim miſit qui auerteret
iram que propter adę peccatum accidit:
Veruntamen non omnino illum inexau
ditum reliquit: ita videlicet: ⁊ ſi ipſũ quẽ

miſſurus erat:non ſtatim miſit at ſaltem
ſignum aliquod ſignum magnum:ſacra
mentum magnum eius premiſit ¶Exo.
xij.Tollat inquit vnuſquiſqꝫ agnum per
familiam ⁊ domos ſuas:imolabitqꝫ eum
vniuerſa multitudo filiorū iſrabel ad ve
ſperam.Agnus ille ſignum ⁊ ſacramētū
fuit venturi chriſti qui mittendus erat p
quo ſicut iam dictum eſt ſuſpirans dixit
Moiſes ¶Exo.iiij ¶Obſecro domine
mitte quem miſſurus es.Hoc intendens
baptiſta .Johannes qui ante illū miſſus
es vbi vidit eum ambulantem dixit
Johan.j ¶Ecce agnus dei qui tollit pec
cata mūdi.E contra ille pharao qui tūc
erat rex egipti ſignum draconis iam dicti
ſignum ⁊ ſimilitudinem gerebat diaboli.
hoc innuens dicit in eum per prophetam
ſpiritus dei ¶Eze.xxxij ¶Leoni gentiū
aſſimilatus es ⁊ draconi qui eſt in mari.
In illa ſimilitudine ſui in illa imolatione
agni qualiter pugnauerit verbum dei:q̄-
liter illud primum draconis id eſt egipti
regnum vicerit atqꝫ contriuerit:quis ne-
ſcit.Erigebat ſe caput illud contra mulie
rem vt omnem beati ſeminis tolleret ex-
pectationem:aboleret dei nomen:perde-
ret promiſſionis fidem: deglutiret futuri
regni ſpem.E contra per moiſen verbū
dei ſiue in verbo dei moiſes multis caput
illud plagis percutiebat ¶Exo.v ¶Di
mitte inquiens populum vt ſacrificet mi
hi in deſerto.At ille videlicet phrao non
ſolum non dimiſit populum verum etiā
irridens atqꝫ dicens.Vacāt ocio:⁊ idcir
co vociferantur dicentes.Eamus ⁊ ſacri
ficemus domino:amplius oppreſſit eos
operibus in tantam vt dicerent Moyſi
⁊ aaron fetere feciſtis odorem noſtrum
coram pharaone ⁊ ſeruis eius:⁊ prebui-
ſtis ei gladium vt occideret nos.

¶De eo ꝙ in libro ſapientie dictum
eſt.Cum enim quietum ſilentiū teneret
omnia ⁊ nox in ſuo curſu mediū iter ha
beret omnipotens ſermo tuus domine d
celo a regalibus ſedibus durus debellator
proſiliuit ¶Sapientie.xvj.
¶Capitulum.xiiij.

QVid multa
Q post ranas ⁊ cyniſes poſt mu
ſcas ⁊ locuſtas quibus illd ca
put draconis extimulatum atqꝫ corroſū
fuerat:poſt veſicas turgentes:⁊ grandies
igne permixtas quibus exulceratum at-
qꝫ grandinatum ingemuerat cum neqꝫ i
ſtis neqꝫ ceteris plagis adhuc cederet ex
terminium primogenitorum victorē aſſe
ruit ſermonem dei cū predicta imolatōe
agni miſtici ¶Sapientie.xviij ¶Cū enim
inquit ſapientia quietum ſilentium tene-
rent omnia: ⁊ nox in ſuo curſu medium
iter haberet omnipotens ſermo tuus do-
mine exiliens de celo a rgalibus ſedibus
durus debellator in mediam exterminij
terram proſiliuit gladius acutus inſimu-
latum imperium tuum portans ⁊ ſtans
repleuit omnia morte:⁊ vſqꝫ ad celum at
tingebat ſtans in terra Hoc illa ſcriptura
de illo noctis medio dixit ¶Exodi.xij
quando percuſſit omne primogenitum i
terra egipti a primogenito pharaonis qui
ſedebat in ſolio eius vſqꝫ ad primogenitū
captiue que erat in carcere ⁊ omne prio
genitum iumentorum· Surrexitqꝫ pha-
rao nocte ⁊ omnes ſerui eius cunctaqꝫ e
giptus ⁊ ortus eſt clamor magnus in e-
gipto.Neqꝫ enim domus erat in qua nō
iaceret mortuus.Cum igitur ⁊ illa ſcrip
tura prior dixerit factum eſt in noctis me
dio percuſſit dominus omne primogeni
tum in terra egipti ⁊ iſta ſequens dicat
Sapi.xviij ¶Dum nox in ſuo curſu me
dium iter haberet omnipotens ſermo tu
us ⁊c̄.Non dubium quin dominus qui
percuſſit illa primogenita egipti propria
ſit perſona verbi dei filij dei verbi omni-
potentis filij victorioſi. Unde vigilanter
animaduertendum:quia cum dixiſſet
Exo.xij ¶Tranſibit dominus percutiēs
egipcios:cumqꝫ viderit ſanguinem inſup
luminari ⁊ in vtroqꝫ poſte trāſcendet oſti
um:⁊ non ſinet percuſſorem ingredi con
tinuo ſubiunxit.Cuſtodi verbum iſtud le
gitimum tibi ⁊ filijs tuis vſqꝫ ineternum
Quid enim eſt preſenti loco dicere.Cu-
ſtodi tibi verbum iſtud legitimum:niſi ac

ſi dicat cuſtodi tibi dominum iſtum vſqꝫ
ineternum pocius quaꝫ illius agni imolā
di ritum qui profecto permanere non de
buit vel cuſtodiri vſqꝫ ineternū: ſꝫ tantum
vſqꝫ ad illā plenitudīeꝫ tpiſ quo īcarnādū
erat vbū iſtud cuſtodiendū vſqꝫ ineťnū.

¶ De eodem omnipotente ſermone do
mini quomodo ſtans ⁊ replens oīa mor
te vſqꝫ ad celum attingebat ꝙ ipſe ſit de
quo in pſalmo ſcriptum eſt. Exultauit vt
gigas ¶ Capitulum. xv.

## Iam deſcriptio ei

us prelibata diligentius ꝯſideranda ē
Sapi. xviij ¶ Omnipotens inquit ſmo
tuus domine exiliens de celo a regalibuſ
ſedibus durus debellator in mediam ex-
terminij terram proſiliuit gladius acutus
in ſimulatum imperium tuum: portās ⁊
